

EXEMPLAR IX

IDIBVS NOVEMBRIIVS

MCMLXXVIII

LIBELLVS

MENSVALITER

EDITVS

RVMOR
VARIVS

RVMOR VARIVS

RVMOR VARIVS a magistris et
a studiosis AKADIS editur

RVMOR VARIVS duodecies in
singulos annos editur

Editio: CCCXXX

Pretium subnotationis:
(quotannis)

In Helvetia	Fr. 8.80
In Germania	DM 14.50
In Austria	8S 90.--
In reliqua Europa	Fr. 15.--
In terris trans maria sitis	Fr. 8.80*

*et pretium
mittendi

Speciminis exempla gratis
mittuntur, ubi id rogatur

Collegium redactorum:

Ulricus Aeschlimannus
Thomas Wichteremannus
Heinz Hürzelerus

Impressum et acceptio rerum
legentibus publicandarum:

Franciscus Bachmannus

Typographum:

Copy Quick, Turicum

Domus editoria:

RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Epistulae, mandata:

RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Institutum pecuniarium:

Societas Helvetica institu-
torum pecuniariorum SHIP

Conto:

RVMOR VARIVS 806.134 J 1 A

RVMOR VARIVS wird von den
Lehrern und Studierenden
der AKAD herausgegeben

RVMOR VARIVS erscheint
12 Mal jährlich

Auflage: 330

Abonnementspreis:
(jährlich)

Schweiz	Fr. 8.80
Deutschland	DM 14.50
Oesterreich	8S 90.--
übriges Europa	Fr. 15.--

Uebersee Fr. 8.80*

*zuzüglich Porto

Einzelne Probenummern kön-
nen gratis bezogen werden

Redaktionsteam:

Ulrich Aeschlimann
Thomas Wichteremann
Heinz Hürzeler

Graphik und Layout:

Franz Bachmann

Druck:

Copy Quick, 8001 Zürich

Verlagsadresse:

RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Inserate, Korrespondenz:

RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Bankverbindungen:

Schweizerische Bankgesell-
schaft SBG

Konto:

RVMOR VARIVS 806.134 J1A

PRÆFATIO

Ulricus Aeschlimannus omnibus legentibus salutem!

Auctor praefationis in hoc libello tantum paucis
verbis uti volo. Nam mirum est intellectu quan-
tum numerus ratarum partium a legentibus propria
manu scriptarum creverit. Apparet multos legen-
tes praefationem meam superiore mense in hoc li-
bello scriptam legisse! Gratias ago omnibus, qui
RVMORI VARIO adhuc litteras publicandas miserunt
velut iis, qui tales litteras nobis missuri sint.
In litteris nobis adhuc missis nonnulla consilia
inveniuntur, quae ad argumenta in RVMORE VARIO
inventa pertinent. Haec consilia non modo in RV-
MORE VARIO divulgabimus, quodcumque poterimus,
sed etiam in pectus animumque demitemus. Gra-
tias ago etiam iis, qui nobis scribunt se RVMO-
REM VARIVM ob aliquas causas diligere non posse.
Operam dabimus ne talia argumenta temporibus fu-
turis valeant.

Sed ut ratis partibus a legentibus RVMORI VARIO
missi spatium in hoc libello sufficiat, verbum
non amplius addam. Valete!

Ulricus Aeschlimannus redactor

NON OMNIA POSSVMVS OMNES

LUCILIUS

TEA NIGRA

Tea nigra est donum naturae quae possidet materias miras pro corpore et anima: teinum, tanninum, vitamina etc. Teinum stimulat nervos et tanninum stomachum et intestina tranquillat et vitamina ad sanitatem corporis necessaria sunt.

Si folias per II minutas in aquam calidam pones, potionem valde stimulantem habebis quia teinum solum extractum erit. Quo diutius foliae in aqua remanebunt, eo plus tannini extrahetur; habebis potionem tranquillantem.

Virgultum teae in locis calidis crescit. Feminae gemmas cum II aut III foliis carpunt, cotidie circa XXXV libras, qui dant circa IX libras teae confectae. Foliis carptis flaccescuntur, postea comprimuntur, deinde fermentantur, postremo siccantur, separantur, in cistis mittuntur

W.E. Gladstone, vir rerum civilium Britannicus, scripsit:

SI ALGES, TEA TE FOVEBIT,

SI CALES, TEA TE REFRIGERABIT,

SI TRISTIS ES, TEA TE CONSOLABITVR

SI EXCITATVS ES, TEA TE SEDABIT.

Incolae Helvetiae ex insula Ceylona, ex India Africaeque anno MCMLXXIII importabant MDCCXI tonnas teae nigrae. In Helvetia quotannis omnis persona CCLXX grammas consumit, in Britannia etiam IV kilogrammas!

Heinz Hürzelerus

EPISTVLÆ 'RVMORI VARIO' SCRIPTÆ

Marcus collegio redactorum s.d.

Litteris Rumori Vario annectis comiter monitus vos, redactores, certiores facere cupio, quid de illo libello sentiam. sed paulo accuratius mihi esse scribendum existimo quam exigua ad hunc lineamenta id permittunt.

primum intellegatis eiusmodi libelli editionem mihi magno voluptati fuisse. nam Latina lingua, tamquam aliae linguae, est edicenda et cottidiano sermone utenda; sine ulla dubitatione ad communicandas res adhiberi potest; non Ciceronis verborum ambitu, non Vergili arte poetica opus est; Latina lingua per se tam clara, tam facilis, tam universalis est, ut in toto orbe terrarum mente copenhenditur. ad hoc ipsum tales libelli pertinere mihi videntur: ad sermonem. sunt autem, quae aegre tantum probare possum. non contemno aenigmata quamvis inertis ingenio orta, non despicio segnia alacria (illud cum verbo 'facilis' Latine fieri non potest); haec omnia ut rideamus et voluptatis causa apponuntur. Sed desunt graves partes, quae cum antiqua tum nova suaviter descripta praebent. equidem maxime de rebus praesentibus sive ad rem pertinentibus seu ad litteras artesque spectantibus scribendum esse puto; quin etiam de rebus linguam ipsam docentibus scribere licet; sed ne ille libellus pura philologiae arte impletur omnes niti oportet. Rumor Varius libellus aliquid magnum et animos in se convertens offerat omnibus et quam plurimis legentibus, non solum discentibus, verum etiam docentibus atque aliis huius linguae peritis. vos autem, redactores, ne animum demittatis opto neve hoc consilium Latini sermonis libellorum pereat. valete!

ante diem III Non. Nov., Ftanis datum (M. Seiler)

Alacria

Medicus dentium aegroto se consulenti "Ubi" inquit "Jimmy Carter hodie esset, si dentes suos eodem modo neglexisset quo tu?"

Magister functionarium interrogavit: "Cur te, numero MDCCCLXXXVIII, indigne homini tractati sentis?"

functionarius der Angestellte
numere Vokativ von numerus

QVADRATVM MAGICVM

1. corona rerum naturae
apellatur
2. inimicus aquae (gen.)
3. ... laus,
frater Agamemnonis
4. exclamatio

1	2	3	4
2			
3			
4			

Aenigma

PRAEMIA SVNT:

primum praemium:
LIBER
secundum praemium:
CANDELABRVM PARVVM
tertium praemium:
CANDELABRVM PARVVM

ad perpendiculum:

1. rumor, -oris (gen. sg.)
2. dilabatur (activum)
3. ubi bene, ... patria
4. disciplina mystica (y=i)
5. melius dicitur quam:
'si non'
6. Roma non oppidum, sed ...
.... est.
9. locus, ubi deis immolatur
11. idem, eadem, idem
(nom. pl. m.)
14. substantivum a verbo uti
derivatum
17. animare (PP m. nom. sg.)
19. bis
21. irascor, 3 (PP f. acc. sg.)
24. via
25. non 'vetera' (n. pl.)
26. nomen scribae Ciceronis
28. cor deae
32. pron. indefinitum (nom. n.)

ad libram:

1. pars relicta
7. ubi bene. ... patria
8. malum, -i n. (dat. pl.)
10. pron. reflexivum (dat.)
12. ... et labora!
13. ii, qui tibi sunt
15. conjunctio conditionalis
16. furor, ira, iracundia
18. ruinae
20. ... mens sana in corpore
sano!
22. iste (dat. sg.)
27. emere, 3 (perf. act. 1. sg. ind.)
29. filius (acc. sg. / poet.)
27. (PPraes., nom. fem.)
29. otium (gen. sg.) ii=i
30. vero (nachgestellt)
31. varii
33. murus, -i (dat. sg.)
34. cor dono
35. dei

QVO PRAEMIVM ACCIPI POTEST!

QVODQVE AENIGMA RECTE SOLVTVM ET RVMORI VARIO
MISSVM AD SORTEM REVOCABITVR!

DIES VLTIMA: IDVS DECEMBRES MCMLXXXVIII

1		2	3	4		5		6	
		7							
8	9					10			11
12				13	14			15	
16							17		
					18		19		
20	21				22				
							23		24
25		26					27		28
29						30			
31					32		33		
34					35				

OMNIBVS, QVI ALIQVOD SCRIPTVM IN RVMORE VARIO
PVBLICARE VELINT, NUNTIVS:

In RVMORE VARIO, qui Idibus Septembribus editus est, redactor noster Henricus Hürzelerus scripsit se desiderare omnes verba Latina vitae modernae aptata inventuros esse et sibi ad publicandum missuros esse. Scripsit praeterea idem Henricus verbis Latinis referre esse rem faciliorem factu futuram, ubi primum scribentibus verba idonea modernae vitae aptata sint. Velim omnes RVMOREM VARIVM legentes certiores facere iam nunc indicem verborum existere, qui plurima verba Latina vitae modernae aptata contineat. 'Langenscheidts Taschenwörterbuch der Lateinischen und Deutschen Sprache' suum nomen est. Quo in libello non modo vetera verba Latina, sed etiam verba huius aetatis invenies velut GLOBVS ATOMICA VI DISPLODENS (id est lingua Germanorum Atombombe) aut velut BICYCLUS (id est lingua Germanorum Fahrrad) et multa alia. Hic libellus parvus a professore Hermanno Mengeo scriptus parvo pretio in omni taberna libraria ematur. Si hunc indicem verborum emes, a necessitate verborum vitae modernae aptatorum invenientorum absolveris neque aliquas difficultates habebis referendo Latinis verbis in nostro libello RVMORE VARIO. Spero omnes, qui adhuc epistulam in RVMORE VARIO publicandam scribere modo in animo habuerint, nunc non diutius hoc conatu destituros esse! Ceterum omnes, qui nobis scribere velint, memores sint diem ultimam mittendi scriptum esse quintum diem cuiusque mensis! Ratae partes, quae post quintum diem mensis in domo editoria advenire solent, in libello mense posteriori edito demum publicabuntur. Valet!

Ulricus Aeschlimannus redactor


index verborum	Wörterbuch	dies ultima	der letzte (späteste Termin)
haec aetas	dieses (unser) Zeitalter		
Hermann Menge	Eigennamen (Verfasser)	desistere, 3	mit blosser Abl.: von etwas Abstand nehmen, etwas nicht unternehmen
taberna libraria	Buchhandlung		

DE SERPENTIBVS


Multi homines metu inexplicabili implentur, cum aliquam serpentem vident. Attamen etiam tales serpentes quales viperarum animalia timidissima sunt. Salutem fuga potunt, quodcumque facultas datur; homines non aggrediuntur nisi se in angustias pelli sentiunt. Is qui serpentem necat ignorat eas animalia valde necessaria esse. Nam edendo mures molestias, quae ex muribus sequuntur, ab hominibus defendunt.

Hae duae tabellae demonstrant discrimina, quibus serpentes innocentes et veneniferae inter se distinguuntur:

SERPENS INNOCENS:



SERPENS VENENIFER:



Verba composuit Ulricus Aeschlimannus/Tabellas pinxit Patricius Hardmeierus

LABOR OMNIA VINCIT

VERGILIUS

Opus Vergilii, quod in libello superiore divulgatum est, in libello X (Idibus Decembribus continuabitur.

SOLVTIONES

De solutionibus nobis missis sortes coniecimus. Hic sunt, qui primum, secundum, tertium praemium accipient:



primum praemium:

Herr
Dr. med. Kühn-Waller
63000 ZUG

secundum praemium:

Herr
Albert Zwicker
8810 HORGEN

tertium praemium:

Frau
M.E. Wettstein
8702 ZOLLIKON

Ich bestelle RVMOR VARIVS für mich:


Ich bestelle RVMOR VARIVS als Geschenk für jemand andern:
(Mit Rechnung an obige Adresse)

RVMOR VARIVS
Postfach 883

CH- 8050 Zürich

HIC SOLVTIONEM INSCRIBE
ET CHARTAM MITTE!

DOMICILIVM MEVM:



RVMOR VARIVS
Postfach 883

CH- 8050 Zürich

EXEMPLAR IX

IDIBVS NOVEMBRIIVS

MCMLXXVIII

LIBELLVS

MENSVALITER

EDITVS

RVMOR
VARIVS
